Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Dum appropiant sup me nocentes ut edant
carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt
& ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra non timebit
cor meum.
Si exsurgat aduersum me preliũ in hoc ego sperabo.
Vnam petii a dno hanc requiram ut inhabitem
in domo dni omnibus diebus uitę mę.
Vt uideam uoluntatẽ dni & uisitem templũ eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die
malorũ protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me & nunc exaltauit caput meũ
sup inimicos meos.
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam
uociferationis cantabo & psalmum dicam dnō.
Exaudi dne uocem meam qua clamaui ad te
miserere mei & exaudi me.